



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Hæreticorum de eo fabulæ duæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

semper id genus colloquia, vel perniciose fere
 sanctitati ceciderint: quod rerum magis poten-
 tes, quam sapientia vera pollentes homines, dum
 temperamentum aliquod, in quod sine fraude
 conveniatur, excogitari posse opinantur, non satis
 animadvertunt quicquid latro de præda cum eo,
 quem spoliavit, paciscatur, spoliati iniuriam esse,
 cui totum debetur, quod raptum est: & lucrum
 latronis, cui nihil præterquam pœna debetur. Spe-
 rabat ergo Canisius (nec temere speravit) post-
 hæc fore ut ab huiusmodi tractatione concordie
 Principes ad remedia alia verterent curas. Om-
 nium opinione constitit neminem in eo confi-
 ctu plura quam Canisium scripsisse, recitasse, op-
 posuisse: nec modice auctam Hæreticis, quam
 hauserant de illo, deque Societate formidinem.
 Totum ille euentum adscribebat sacrificiis, ac
 precibus sociorum.

*Canisio pri-
 ma laus ex
 eo Colloquio.*

Sed admirari iuvat Hæreticorum mentiendi
 impunitatem, & impudentiam. Dum Heros in-
 victus murum se pro Dei Domo inexpugnabilem
 opponit, & victorias de hostibus præclarissimas
 refert, sparsere per Saxoniam infelices mendacio-
 rum figuli, Canisium post congressum cum Phi-
 lippo

*Hæreticorum
 de eo Fabula
 dua.*

lippo Melanchthone (is miseris Patriarchæ in
 habebatur) dum ad concionem rediret, sub
 obmutuisse, atque in conspectu populi animam
 exhalasse. Hæc in circulis spargebatur: hæc è su
 gestis deceptæ plebeculæ veteratores magister
 doloso supercilio venditabant. Ceterum no
 modò firmissimus ille bellator detrimenti nil
 ex conferta manu cum pestibus diris accepit; &
 laboribus diurnis, nocturnisq; studiorum grau
 simis ita viribus integris usus est, vt ipsemet mir
 retur; sed etiam eorūdem consors laborum Ga
 danus, qui diutina tussi extenuatus, iudicio M
 dicorum tabe conficiendus paulatim videbatu
 singulari Dei beneficio valetudini prope est res
 tutus. Adeo congressus quamuis cum tetrīs,
 pestiferis belluis non modò vitam valido non
 ripuit, sed etiam repulit ab infirmo languore.
 Sed haud scio an impudētiorem deinde fabulam
 ex atheo Illyrico compar Ioannes V Volfius ed
 tis libris euulgarit. Canisium hoc anno, dum esse
 Moguntia cum Abbatissa cognomento Catella
 postq̃ poculis exhilarati sunt, caninas nuptias ce
 lebrasse: eamq; fabulam in V Vormatiensi Collo
 quio toto notissimam cœlo fuisse. Quod adeo
 infelix

infelix est cōmētum, vt ne ipsum quidē autorem
 ad fidem magis vulgasse crediderim, q̄ ad risum
 impia scurrilitate captandum, vt Hæreticorum
 ingenium est sacra per cachinnos quaterere. Nimi-
 rum procaci ingenio bella visa est Lusio in Cani-
 sij, Catellæ, caninarumq; nuptiarum nominibus.
 Inde fabella extemplò confuta. Quæ quanquam
 misera, absurdaq; ipsa compositione satis confu-
 tabatur, iuuit tamen deinde de tota re diligenter
 inquirere: ac plane compertum est nullam vnq̄
 fuisse Moguntia vllò in cœnobio sacrarum Vir-
 ginum Abbatissam aut Antistitam Catellam. Ve-

*Hereticorū
 scurrilitas
 dira, & im-
 pia.*

rum enim uero quo digne malo mactes bipedes
 istos, qui ludum, iocumq; sibi Deum, & homines
 faciunt, famamque, & infamiam innocentium,
 & animarum carnificinam? Hos vt quisquam
 putet plusquam sanctissimos viros, & sapientissi-
 mos Patres, Ambrosium, Hieronymum, Augusti-
 num, Gregorium: plusquam D. Thomam Aquina-
 tem, & Bonauenturam, & innumeros præ-
 ter doctrinæ subtilitatem, pietate mira modestia-
 que spectatos Doctores sapere? Miseret simpli-
 cium populorum, quibus furiali immanitate il-
 luditur. Canisium quidem ab omni in eo genere

S

non